



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

92. An si quis in diebus iejunii sumeret duas uncias potionis vulgo
Chocolate, frangeret iejunium? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. res. 54.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Tractatus Sextus

interdicere abstinentiam portus, de eo, qui merus potus est, intelligendum existimo, non de illo, qui secundum se sit multum nutritius. Vnde D. Thomas velut pro ratione subdit, quod potus magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum assumptorum, quam ad nutritionem; quæ ratio de illo, qui merus potus est procedit: non de eo, quod per se multum nutritius sit, præsertim si ex professo sumeretur ad nutriendum. Hæc Sylvius, quæ quidem satis destrue videtur potionem chocolatæ in tempore ieiunij.

4. Quod clarius confirmatur; nam merus potus, vt afferit D. Thomas *vbi s'prà*, cum *Iessio lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 10.* Layman *lib. 4. truct. 8. cap. 1. num. 7.* & alius *Philosophus*, & *Medicus* per se, & principaliter deseruit ad alterationem, sine refrigerationem, vel ad deiiciendum cibum in ventriculum, & alimenti sanguinisque distributionem, & non ad nutriendum corpus. Sed potio chocolatæ, per se, & principaliter ordinatur ad aleandum corpus, cùm sit sumptu multum nutritiva, & ideo non sumitur omni tempore, sed manè, vel serò, quando iam digestio cibi sumptu est confecta, & homo eget nouo nutrimento. Ergo clarè appetit dictam potionem chocolatæ magis sumi per modum cibi, vt vera est, quam per modum potus. Ergo frangit ieiunium, & hoc apud me est validissimum argumentum, nec aduersus illud valet dicere quod vinum etiam nutrit, & tamen eius sumptio non frangit ieiunium. Nam respondeo, vinum nutrit quidem aliquantulum per accidens, nam per se, & principaliter non ordinatur ad corpus nutriendum, quod contrarium accidit, vt patet in potu chocolata, ergo, &c.

5. His tamen non obstantibus sententia affirmativa suaderi potest; quia hodie (vt fertur) in Hispania sumptio chocolatæ effecta est potus visualis. Ergo non frangit ieiunium, & ita testatus est mihi Illustrissimus D. Didacus Trafmiera Inquisitor huius Regni Sicilia, vir litteris, & morum suavitate ornatussumus: hanc sententiam docere plures Patres Societatis Iesu, & docuisse etiam magnos illos viros Antolinez, Basilius Pontium & Franciscum Cornejo sacrae Theologiae in inclita Academia Salmanticensi Professores, vnde ad doctrinam, quam pro parte negativa superius adduxi possit quis respondere, illam tanquam veram tunc admittendam esse, quando illæ potionis non haberentur in provincia pro potu visuali, secus autem si pro potu visuali sumerentur, vt afferunt accidere in cafo nostro. Vnde Paludanus *in 4. disf. 15. quest. 4. num. 34.* sic ait. Potus autem ante & post non solvit ieiunium, quod intelligo quando non conficitur ex esibilibus, non tamen consuevit sumi in cibum, vt potus certissima Ita ille.

6. Et ideo, licet hanc sententiam ego non approbem, cùm pro modo potius contrariam teneam; non audeo tamen dammare, supposito ex relatione supra dicti Illustrissimi viri, quod illam docuerint tot viri docti, quos superius adduxi: vnde satis sit exter homini hac pro ytraque parte cursim tetigisse; nam vera resolutio huius dubii in posterum tenenda præstansissimis Hispaniæ Theologis, merito relinqua videatur, qui cùm ad sint in loco, vbi sumitur dicta potio, facilius, quam alij scopum veritatis attingent, &c.

RESOL. XCII.

An si quis in diebus ieiunij sumeret duas uncias potionis vulgo dicta chocolate frangeret ieiunium? Ex p. 8. tr. 7. & Mic. Rel. 54.

§. 1. **D**e hoc casu interrogatus fui per literas ex Hispania ab amicissimo, & doctissimo D. Iosepho de Napoli, heu quondam in supremo Italiae consilio regente meritisimo, & resolutio huius casus pendet ex duabus difficultatibus. *Prima*, an potio Chocolata ex se frangat ieiunium? *Secunda difficultas*, an partitas duarum unciarum excusat à fractione ieiunij? Ex quod primam difficultatem, ego in p. 4. truct. 4. Q. resolut. 194. affirmatio sententia adhaesi non tamens sum negatiuam sententiam tanquam improbabilem dannare, vt etiam necillam dannat nouissime me citato. *Ægidius Trullench*, in *Decalogum* to. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 15.

2. Quod magis tunc opinor ex autoritate sapientissimi Caramuelis in *Regulam D. Benedicti*, disp. 128. num. 1613. vbi sic ait: De Chocolate maior est difficultas, quia in India est potus visualis, vt constat ex communis omnium relatione, quibus debemus credere, sicut credimus esse Constantinopolim, quam nunquam vidimus; ergo de Chocolate dico.

3. In iis regionibus, vbi est in communi vsu possumi, quin frangatur ieiunium. Ratio est manifestissima, quia supponitur esse potus visualis. Interrogas vnam sit in communi vsu? Respondeo esse aboluisse in India; nullatenus in ytraque Germania, neque aliis Septentrionalibus Prouinciis, quibus vix cognitum. In Hispania nostra multi credunt esse potum visualis, & ideo multi sapientes & cordati sumunt etiam in diebus ieiunij: ergo saltē vidi esse haustum satis frequenter, præcipue in magnis ciuitatibus, & florentissima Academiis. Ex iis ergo, si quis probabilitate judicaret esse potum in Hispania visualis, in diebus ieiunij ibi sumere poterit. Præterea vinum in multis partibus Septentrionalibus non est potus visualis, sicut nec cerevisia in Hispania, nec licer, nec Aloxa in Belgia, Anglia, Germania. Qui probabilitate credidit cerevisiam frangere ieiunium in Hispania, non autem in Belgio, & vinum frangere ieiunium in Scythia, non in Hispania, nou poterit vti Chocolate, & si vtar in die ieiunij extra prandium, condemnandus est, iuxta materie quantitatim. Quod si probabilitate credas nullibi frangiri ieiunium cerevisia, licet bibatur tanta quantitas, vt contineat hordæ materiam grauen, credere etiam debes nullibi etiam per Chocolate, in quia sicut sufficit cerevisiam esse potum whalem in ytraque Germania, ad hoc vt in reliquo Prouinciis in quibus vix nomine cognita, possit interduci obseruato ieiunio; sufficit etiam Chocolate esse potum visualis in India, & quasi visualis in Hispania, vt liber in aliis Prouinciis bibi possit. Ita Caramuel.

4. Nec deseram etiam hinc apponere verba docti Ioannis Machadi de perfetto Confessor, tom. 1. lib. 1. part. 4. truct. 1. documen. 1. num. 8. vbi, me citato, sic ait: [Si Chocolate quebrante el ayuno, es muy dudoso entre los Doctores. La parte affirmativa defende y prueba con grande erudicion el Doctor Antonio de Leon Relator de supremo Conuento de Indias, y merece dor de otros mayores puestos; por sus grandes letras, capacidad, y buenas partes, como testifican sus doctos escritos, cuya alabanza no menor es, que es hermano del Doctor Juan de Leon Canongo de la Puebla de los Angles Maestro de Predicadores, y emporio de todas buenas letras, y esto tambien defiende Diana. La razon es, porque esta es muy sustanciosa, y inuentada por su naturaleza para confortar el estomago, con que viene a ser demas sustancia que la Almendrada, leche y semejantes bevidas: de que nadie ha dudado que quebranten el ayuno.]

5. Pero no obstante esto lo contrario han sentido muchos Theologos de la compania de Iesus, Caedaticos de Salamanca hombres doctos, fundados,

en que en España, y en las Indias se ha hecho beuida vital. Y la verdad es, que lo es tanto, que casi nadie hace el menor de tomarla el dia de ayuno.] Ita Machadus, qui pro hac sententia citat Turrianum p[ro]nes me p[ro]p[ri]e tract. 5. * res. 11. cui nouissime addendus est sed Elcoabar Societatis Iesu in Theol. mor. tr. 1. exam. 13. c. 3. num. 104. ubi tamen addit chocolate ouis, aut lacte conditum potum non esse. Item talem potionem admodum crassam in notabili quantitate frangere ieiunium.

6. Secunda difficultas, dato & non concessu quod chocolate quasi cibus frangat ieiunium videtur probabile quod si quis de illa sumat tantum duas uncias, non frangat ieiunium. Nam, ut ego obseruaui ubi fons in part. 5. tract. 5. resol. 1. Turrianus Societatis Iesu dignus Theologus, in summa part. 1. cap. 256. lib. 27. num. 2. docet quantitatem duarum unciarum non frangere ieiunium ratione paruitatis materiae, quam sicuten tanquam probabilem, me citato, admittit Ioannes Machadus ubi supra, de perfecto Conf. num. 1. lib. 2. part. 4. tractat. 3. document. 6. numer. 1. ubi ita assertit: [Qual sea materia leue en este precepto, y tal, que no llegue a pecado mortal, no es facil de aueriguar. Que le de paruidad de materia ultimo. Pero la cantidad que sea parua pocos la han señalado; y assi solo referire la opinion de Turriano, y otros, que ensenنان, que como no pase la materia de dos onzas, no es capaz de pecado mortal: la razon de el doctor Antonio de Leon citado, diciendo de la misma suerte, que segun la opinion de muchos Doctores es colacion modestada la quarta parte de la una ordinaria, y la colacion communes, que sea de ocho onzas; y assi la quarta parte de la colacion, que son dos onzas, no sera materia notable para quebrantar el ayuno.] Hacilicet. Sed Elcoabar ubi supra, tantum unciam viam admittit, ne ieiunium frangatur, dato quod sit cibus.

RESOL. XCIII.

An opinio afferens Chocolatam non frangere ieiunium si probabilis est?

Et natura quod stando in sententia rigorosa, si quis sumet in duas uncias Chocolate, non frangeret ieiunium ratione paruitatis materiae. Ex p[ro]p[ri]e tract. 6. & Misc. 6. Res. 4. alias 53.

A. Firmatus responder Pater Magister Lezana in consultationibus conf. 48. num. 88. ubi sic ait. Quoniam in eadem materia ieiunij sententia, que affirmit poterem illam ex Indiis Hilpaniam aduestam, vel chocolate non frangere ieiunium (intellige quando in aliqui alterius notabilis quantitate sumitur) non videtur mihi probabilis, sed potius falsa. Quod quidem facia pacem ororum Hispanorum, quos valde vexator dicunt si. Primo quidem, quia vi dixi in superdicta sententia illa, que ab uno, vel altero Autore defenditur tunc tantum est probabilis, quando non leui, sed graui alicui innuitur fundamento ab aliis doctribus communiter non resicitur, que singulari hinc sententie deficiunt. Hucusque Lezanum, qui postea citato alias rationes adducit.

4. Verum aduersus amicissimum Virum, in favo- rum Hispanorum propugnabo dico igitur, quod licet ego olim docueram chocolatam frangere ieiunium cum multis Doctribus, quos alibi circaui, quibus nunc addo Calstrum Palam tom. 7. tract. 30. dispu. 3. num. 5. Ioannem de Sancto Thoma in ex- plie doctrina Christiana part. 2. ubi de 4. precepto Ecclesiae, & sapientissimum, & amantissimum Dominum Iugum loquacem Solorzanum in Politica lib. 2. cap. 10.

Henriquez, ubi supra numero 41. Tamen hoc non obstante sententiam contrariam non audeo nota improbabilitatis inutere. Et nego Patri Lezana illam esse destitutam auctoritate Doctorum, & rationibus, nam pro se non habet non infirma fundamenta & plures Auctores, ut patet nonnullae ex Parte Thomae Hurtado tom. 2. tract. 10. per totum, & in eius appendice per totam, quibus locis probabiliter respondet ad argumenta, quae ego olim adduxi, & post me adducit Lezana ubi supra, firmans per multas rationes, & auctoritates Doctorum, chocolatam non frangere ieiunium; Additique declarationes Pontificias, quibus sic etiam assertit Ioannes Henriquez in editione nonissima qq. mor. section. 6. question. 17. num. 45. [So la vna cosa tiene en su favor el chocolate; y es decir del Tomas Hurtado al fin de su Compendio que el Padre Fray Rafael de Luzan Provincial de la orden de los Predicadores dixo con juramento, que el P. Fr. Geronimo de Vincente Provincial de la misma Religion; y varon de singular virtud le auia dicho; que stando en Roma en tiempo de Pio V. le auia preguntado al Pontifice, si la beuida del chocolate que brantaua el ayuno, y que le respondio: *Potus non frangit ieiunium.* Y iuertamente refiere Tomas Hurtado que estando tambien en Roma el Padre Nicolas de Anaya de la Compania de Iesus el anno 1614. siendo Pontifice Paulo V. le propuso esta question, y el Pontifice le dixo, que hiziesse delante del esta beuida, y haziendolo el P. Nicolas de Anaya en presencia del Pontifice, le respondio estas palabras: *Hoc non frangit ieiunium.* Y respondiendo todo esto el P. Francisco Cornejo, varon inflige en letras, respondio conforme con este parecer. Y assi supuesto, que hemos dicho en esta question, que assi el praecepto de ayuno, como su forma, es todo de derecho Ecclesiastico, y todo sugerto a la voluntad de los Pontifices para poder quitar, y poner, y alterar lo que quisieren; y supuesto que testifican personas tan graves, y de tanto credito, que estos dos Pontifices han declarado que la beuida del chocolate no quebranta el ayuno, dando credito a quien tan prudentemente se puede dar, no viene y a esta beuida a quebrantar el ayuno.] Ita illa.

3. Sed ex alio capite defenditur etiam probabilitas sumptionis chocolate, nempe ex consuetudine, de qua vide Machadus, tom. 2. lib. 2. p. 4. tom. 3. docum. 1. num. 8. Trullench in decal. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dubitat. 2. num. 15. & Licet Murcia in Regul. sancti Francisci quest. 15. super cap. 2. & Patr[ic]ial. de c[on]f. 141. num. 4. non admittant hanc consuetudinem, tamen nouissime illam late, & docte defendit Hurtadus in appendice cap. 6. per totum, & responder ad argumenta adducta in contrarium a Patre Murcia. His itaque suppositis sic argumentor contra Patrem Lezanum. Illa est opinio improbabilis, que destituta est auctoritate extrinseca Doctorum, & auctoritate intrinseca rationum, ut de se pater, nec indiget probationes; sed opinio afferens chocolatam non frangere ieiunium habet pro se plures Doctores, & non infirma fundamenta, ut patet apud Hurtadum, & alios Ergo contra Lezanum, improbatim esse minime dicendum erit.

4. Nota vero, quod circa presentem questionem optimè distinguunt Pater Leander de preceptis Ecclesiae tract. 5. disp. 5. q[uaest] 5. ubi sic assertit: Si potio chocolatica parum habeat admixtum sacchari, amigdalarum, nucum maiizi, & aliorum ingredientium: vere ex natura sua non frangit ieiunium: quia tunc remaneat, simplificata in ratione potus, si vero talis potio multum habeat admixtum materiam chocolata, ita ut in quantitate valde excedat aquam, cum qua miscetur: tunc ex natura sua frangit ieiunium, quia remaneat simpli-